Fragmentarium

Cum nonnulli contra Matheum homini quia quasi de homine scribere
incipit, Marcum leoni in quo vox in deserto rugientis auditur ad
signent. Rogoque in hoc opere plenius quid tibi verius debeat videri ut
insinues, et memorem nostri tuam sanctam fraternitatem dilectionis
et pacis conservare et ad considerandam suae legis mirabilia semper inlustrare
dignetur.

DOMINO BEATISSIMO ET NIMIUM DESIDERANTISSIMO
ACCAE EPISCOPO BEDA HUMILIS PRESBITER IN DOMINO AETERNO SALUTEM

Mira vere est et veraciter doctoris egregii sententia qua caritas
omnia credit omnia sperat. Datis namque epistolis utrubique mihi scribendum rogando
dicis et interrogandum, necdumque meae consensionis accepto responso
quaesitor adhuc opusculi quasi iam adquiescis ac perfecte consummatis praefatio
nis signaculum condis. Nondum fundamine iacto nondum dilatata aedifi
materie, ipse quasi completo iam tanti laboris aedificio claves quibus
introitus muniatur dirigis, et repudiare non enim ego subire opus quod ego
subeundum certius explendum fide amica praesumat. Non hoc certe
alia quam indubitata mutui fiducia facit amoris. Quod et amico pecto
re ut dictum est omnia sperat. Unde et ego mox lectis tuae dilectionis
sanctae paginulis in iunctae mihi operis labori subposui. In quo ubi innume
ra monasticae servitutis retinacula praetereo, ipse mihi dictator simul
notarius et librarius existerem. Adgregatisque hinc inde quasi insignis
simis ac dignissimis tanti muneris artificibus opusculis patrum,
quid beatus Ambrosius, quid Augustinus, quid denique Gregorius vigilantis
simus iuxta suum nomen nostrae gentis apostolus, quid Hieronimus
sacrae interpres historiae, quid ceteri patres in beati Lucae verbis
senserint quid dixerint diligentius inspicere curavi. Mandatumque
continuo scedulis ut visum est vel ipsis eorum syllabis vel certe meis bre
viandi causa sermonibus ut videbatur edidi. Quorum quia opero
sum erat vocabula interserere per singula, et quid a quo auctore
sit dictum nominatim ostendere, commodum duxi eminus e latere

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Paris, BNF, Baluze 270, f. 124-131 + Paris, BNF, lat. 5288, f. 34-41, ParisBNFlat05288_080_f035v – Bede's commentary on Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-s74n/437/6487)